



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De alijs montibus qui sunt in vsu cap. 39.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

*De aliis montibus, qui sunt in
usu. Cap. 39.*

Reperiuntur nonnulli alii montes, qui à principibus fundari solent supra quosdam redditus. ut mons farinae, mons gabellarum vel decimarum, &c. Quorum alii sunt perpetui, ut quando summa accepta non potest reddi ab accipiente, nec redditus perire cum vita dantis, sed ad heredes eius illius transit, qualis est mons si lei Romae à Clem. 7. erectus, in quo septem pro centum perpetuo dantur. Quidam autem sunt temporales, durante vita illius, qui pecuniam posuit, & eo mortuo, pecunia in monte remanet, & talis est mons recuperationis à Pio 4. institutus, in quo duodecim dantur pro centum. Sunt & alii, qui reddunt decem pro centum, & omnes liciti, quia sunt ad modum

census vel temporalis, vel perpetui, debent tamen hæ conditiones ad hoc in illis seruari. * Prima, vt pecunia montis verè supra aliquos redditus reales sit posita. Secunda, Quod solutiones fructuum non excedant mōtis pecuniarū, redditus. * Tertia, Vt summa quam quis singulis annis accipit pro sua pecunia quam in illum montem principio contulit, non sit maior, quam tunc ille mons pro simili summa possit reddere, nisi à principio pactum fuisset, de certa pecunia semper, & quocunque euentu soluenda. * Quarta. Quod pereunte monte omnia pereant, census enim non obligat, nisi dum res fundi supra quam erat census, manet, nisi pereat culpa accipientis ad censum.

* Quinta, Vt in monte temporali plus pensionis detur, quam in perpetuo. * Sexta Quod Principes & Pontifices absque graui necessita-

re huiusmodi montes non erigant
 Sunt & alii montes Romæ, in qui-
 bus non cessat pensio, etiam mor-
 tuo pensionario; potest tamen
 redimi pensio, & isti dant decem
 pro centum. Alii autem redimi
 non possunt. Sunt aliqui, qui hu-
 iusmodi pensiones pluris vendit,
 quam emerint, & licet: quia iidem
 redditus, temporibus, & locis di-
 versis, minus, & plus emi & vendi
 queunt, sicuti & plus aut minus
 valent.

De Societate officiorum. C. 40.

Societas officiorum, quæ Ro-
 mæ exercetur, fundatur supra
 quedam officia, quorū re-
 ditus à Papa certo pretio vendun-
 tur, & quia vix vnus reperiebatur,
 qui tantam haberet pecuniam, qua
 vnum tale officium posset emere,
 concessum vni est, vt altero, aut